



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Lectio tertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

rus et tactus. Quinque igitur  
talentis donum quinque sensu  
um id est exteriorum scientia  
exprimitur. Duobus vero in-  
tellectus et operatio designan-  
tur. Unius autem talenti noie  
intellectus tantummodo de-  
signatur. **Scdm Bartheum**  
**I**n illo tempore: Dixit  
iesus discipulis suis. Vigilate  
quia nescitis qua hora  
dominus vester venturus sit.  
Et reliqua. **Omelia bti hys-**  
**perpicue ostendit quare supra dixerit de die**  
**autem illa nemo scit: neque filius**  
**us hominis neque angelus nisi pater**  
**solus quod non expediat scire**  
**apostolis ut pendule expecta-**  
**tionis incerti semper eum cre-**  
**dant esse venturum que igno-**  
**rant quando venturus sit.**  
**Et non dicitur quia nescimus qua hora ventu-**  
**rus sit dominus sed nescitis:**  
**premissis quoque patris familie exem-**  
**plo cur reticeat consummatio-**  
**nis diem manifestius docet di-**  
**cens Estote parati quia nescitis**  
**qua hora filius hominis**  
**venturus sit Tu autem domine.**  
**plenius inculcat et replicat quare de die consum-**  
**mationis et hora nec angelos**  
**nec se scire predixerit sed solus**  
**pater quod non expediat scire**  
**apostolis. Exemplum patris**  
**familias est sui et fidelium ser-**

uorum id est apostolorum ad  
cohortationem sollicitate mens-  
tis interserit: ut spe premio-  
rum ministerent conseruis in tem-  
pore suo cibaria doctrinarum.  
Tu autem domine. **Scdm lucam**  
**I**n illo tempore: Dixit  
iesus discipulis suis. Res-  
ponde lucernam accendit et in abs-  
condito ponit: neque sub mof-  
dio. Et reliqua. **Omelia ve-**  
**nerabilis bede presbyteri.**  
**De seipso dominus hoc lo-**  
**quitur ostendens: et si sua dixe-**  
**rit nullum generationi neque ni-**  
**si signum iohanne dandum nequa-**  
**quam tamen lucis sue claritatem**  
**fidelibus occultandam. Ipe**  
**quippe lucernam accendit qui**  
**testam humane nature flamma**  
**sue diuinitatis impleuit. Tu**  
**autem domine. Lectio secunda.**  
**Quam profecto lucernam nec**  
**credentibus abscondere: nec**  
**modio supponere: hoc est sub**  
**mensura legis includere vel in-**  
**tra unius iudee gentis ter-**  
**minos voluit cohibere. Sed**  
**supra candelabrum inquit ut**  
**qui ingrediuntur lumen vide-**  
**ant. Candelabrum ecclesiaz**  
**dicit cui lucernam supposuit:**  
**quia in nostris frontibus si-**  
**dem sue incarnationis affixit**  
**ut qui ecclesiam fideliter in-**  
**gredi voluerint lumen verita-**  
**tis palam queant intueri. Tu**  
**autem domine. Lectio tertia.**  
**k. ij**

**Q**ua sententia iudeorum q̄  
q̄ proceres condemnar: qui si  
gna querentes exterius aper-  
tam lucis ianuam noluerunt  
intrare credendo. Deniq̄ pre-  
cipit vt nec opera tantummo-  
do sed ⁊ cogitationes: ⁊ ipas  
etiam cordis intentiones mū-  
dare et castigare meminerint.  
Nam sequitur Lucerna cor-  
poris tui est oculus tu⁹. Cor-  
pus quippe dicit opa que pa-  
lam cunctis apparent. Ocu-  
lum vero ipsam mentis inten-  
tionem que operatur. Et de  
cuius merito eadem opera lu-  
cis an tenebrarium sint opera  
discernuntur. **Scdm mathe.**

**I**n illo tempore: Dixit  
Iesus discipulis s. Vos  
estis sal terre: quod si sal eua-  
nerit in quo salietur. Et rel.

**S**imilia beati gregozij pape.

**S**i sal sumus condire mentes  
fidelium debemus. Vos igitur  
qui pastores estis pensate  
quia animalia dei pascitis. De  
quibus profecto animalibus  
dño per psalmistam dicitur:  
Animalia tua habitabunt i  
ea. Et sepe videmus q̄ petra  
salis brutis animalibus po-  
nitur vt ex eadem salis petra  
lambere debeant ⁊ meliorari  
quasi ergo inter bruta anima-  
lia petra salis esse debet sa-  
cerdos in populis. **Leō ij**  
**C**urare nanq̄ sacerdotē ne-

cesse est que singulis dicat v-  
nūquemq̄ qualiter mōeat vt  
quisquis sacerdoti iungitur q̄  
si ex salis tactu eterne vite sa-  
pore condiatur. Sal enim ter-  
re non sumus si corda audien-  
tium non condimus. Quod  
pfecto condimentū ille vera-  
citer proximo impendit q̄ pre-  
dicatiōis verbum non sub-

**Sed Lectio tertia.** trahit.  
tunc vere alijs predicamus si  
dicta rebus ostendim⁹ si nos  
ipsi diuino amore compungi-  
mur ⁊ humane vite que sine  
culpa nequaq̄ transire potest  
quotidianas maculas lachry-  
mis lauamus. Tu autē. **De**

**virginibus festiue ad primas  
vesperas psalmi feriales cum  
suis añ. Hymnus.** Jesu coo-  
na virginum. **Capitulum.**

**R**atres: De virginibus pre-  
ceptus domini non habeo co-  
filium aut do tanq̄ misericor-  
diaz consecutus a deo vt sim  
fidelis. Deo grās. **Capitulum**

**F**rēs: Qui gl'iaf i dño glo-  
riet. Nō enī qui seipm cōmē-  
dat ille pbatus est s̄ que de-

**C**ōsiterebor **Cap.** cōmēdat-  
tibi domie rex ⁊ collaudabo  
te deū saluatore meū confite-  
bor nomī tuo magno qm̄ ad-  
iutor et protector fact⁹ es mi-  
hi: ⁊ liberaisti corpus meū a p-  
ditione Deo gratias. **Cap.**  
**D**ñe deus me⁹ exaltaisti